

V. 67-2255 17-4-0



NOVAE
COELESTIVM TERRESTRIVM Q
RERYM OBSERVATIONES,

Et fortasse hactenus non vulgata

A FRANCIS FONTANA,

SPECILLIS A ENTIS,

*Et ad summam per se uctis,
edit*

NEAPOLIS

Mense Februarii Superiorum Permissu, apud Gaffarum

MDCXLI

IN THE ...
OF THE ...
OF THE ...

BY ...
OF THE ...
OF THE ...

...



...

EMINENTISSIMO.

ET REVER. MO PRINCIPI,

AC DOMINO

D. CAMILLO

PAMPHILIO

S. R. E. Cardinali Amplissimo.



NI QUa multorum querela est, Eminentissime Princeps, ad Invidia geniu magnificentijs adornata, quam verius, quod Vranoscopi splendide mendacissimi, vigilem illum Senatam, Astrorum alijs, atque alijs Vmbri infecerint, ac Cæli regiones omnes lyncea quadam ambitione sibi fecerint veftigales. Quanta hæc inquit oculorum, et elaudacia, vel improbitas, publica mundi lumina commentijs et stri præstigijs infamare, quasi videri velint religiosè peccare, qui siderum Principem solem suis etiam navis tamquam criminum notis deprehenderint sordidatum. Vides quàm malignè carpimur, Cardinalis Amplissime, qui sustinuit turbidioris naturæ societate, Cælo vultum damus, & men-

tem. Sed desinent tandem obloqui, cum PAMPHILIA coronata
Olea meam Palladem viderint, & tua fulgore Purpura
vel perstringentur, vel erubescant, quid enim est, quod
nos reuocet à Cœlestium orbium aspectu, cuius pulchritudo
tam latè patet? Demissus in terram adhaerescat animus,
ubi tot bellorum turbines, tot mortalium cœles, obitusque
regnorum? Trucidantur exercitus, ut in puncto gradescat
Ambitio; ferro flammisque vastatur Italia, ut particulam
Orbis per excidia redimant duces, & nos perditissima quidem
ignauia tot Cœli spatia non occupabimus uno tantum
oculorum obtutu? Pudeat non aeternis insistere, cum humana
infortunijs omninò constent. Pudeat hominem ad diuina
natum in cacas terrarum latebras irrumpere, ut aurum,
splendidum nempè periculum periculis eruat, easque lucis
fodinas præterire, quæ possint omnium vota, non tam allidere,
quàm explere. Equè felicissimè versatos arbitror labores meos, qui per
lustræ siderum ingenio desudauerint. Exploratricem enim astrorum
fistulam nuper inuentam infertis ad capita crystalis ad tantam
claritatem, & gloriam erudiui, ut obscuros quosdam Planetarum
aspectus in lucem dederit, & quæ vix cogitationi paterent
sydera, proxima oculis vltro commiserit. Magni nominis
Columbū iactant Annales, quod transmarinum profligato Oceano
mundum mundo pepererit, at quanto gloriosiores (liceat
hic mihi aliquantulum plaudere) qui nouum in cœlo cœlū
detexerint. Dissolutè nequam fuerit eorum luxus, qui
conspicere primùm niues in æstatis iniuriam, ipsasque montium
pœnas in delicias vertere potuerunt, ut carius sitirent, &
gratuitæ aquæ prætium facerent, & libidinis, sed litteratæ
pietati dandum est, quod obduratas aquas, ac frigoris vi
concretas in crystallum expoliuerim, ut Cælum Beatarum
mentium portum obuium omnibus admouerent, & sidera

